



[Modetiae 2010; retractatio 2013: opus fecit Romolo Cegna]

Omnis Christi actio nostra est instructio.

[Le indicazioni bibliografiche delle Opere di Nicola citate si trovano in questo sito in vari punti, soprattutto sotto il titolo *Il Tractatus de sanguine Christi sub forma vini*].

Nota ad lineam 557: “Christus Iesus, factio sua et accione sua, que nostra est instructio”[Nicolaus de Rosa Nigra, *Contra Gallum Nisi manducaveritis*, ed. Helena Krmíčková, *Studie a texty k počátkům kalicha v Čechách*, Brno 1997, 186].

Nicolaus de Rosa Nigra, *Puncta*, ed. Cegna p. 64 adnot. 34 (cuius dicti Nicolaus hic ponit fontem in Io. Andreae, *Novella* ad X 1, 6 De electione, 4 Significasti, [ed. Venetiis 1581, I, p. 74], ad vocem “Iesum Christum” “cuius actio nostra est instructio, [Ca.] 2 q. 1 [c. 20] Deus, Abbas [Fr. I, 448-441]; ubi Guido de Basio dictus Archidiaconus in suo *Rosario ad Decretum Gratiani*, ad vocem “[exemplum] daret” glossat: “nam omnis Christi accio nostre vite est instructio, ut hic et [Ca.] XII q.1 c. 12 [Exemplum; Fr. I, 681], ubi Augustinus ex Tractatu 50 ad c. 12 Iohannis scribit: “Exemplum Domini accipite conversantis in terra”, H[u]go seu Hugutius seu Huguccius.” Archidiaconus [†1313, optima fons in *Novella* eius maximi discipuli Iohannis Andreae] certiores nos facit originem versus “Actio Christi, etc.” esse in *Summa ad Decretum* [quae non exstat licet optima et praestans fons fuerit in *Rosario*] Hugonis, [†1210; Schulte, I, 156-170]. Glossa “Abbatis [antiqui]” qui operavit in fine saec. XIII legitur in *Novella* Iohannis Andreae quam ob rem oportet intelligere Abbatem, fontem Iohannis Andreae, istum versum habuisse a *Summa* Hugonis quem posuit in sua *Lectura ad Decretales Gregorii IX*. [Schulte II, 130-132]. Allegatio Augustini in textu Hugonis probabiliter explicat quod scripsit temporibus Devotionis modernae Gerhard Zerbolt de Zuypen (1367-1398) in *Super modo vivendi devotorum*: “Omnis Christi accio nostra est instructio secundum Augustinum” (A. Hyma, *The Brethren of the common Life*, 1950). Hyma (qui versum legit etiam in *Vita Christi* Ludolfi de Saxonia, Cartusienis [†1377]) et F. M. Bartoš (*Ze zápasů české reformace*, Praha 1959; Hus, lollardství a devotio moderna v boji o národní bibli, p.45) quaeiverunt versum ad litteram in operibus Augustini quem non invenerunt; Gerhard legebatur probabiliter glossam secundum Hugonem in *Rosario Archidiaconi* allegantem canonem Decreti 12 ‘Exemplum’ ubi ponitur textus Augustini ex Tractatu 50 in Iohannem instruens necessitatem imitationis conversationis terrenae (id est actionis) Jesu Christi quae verba ad sensum conveniunt cum versu “Actio Christi, etc.”.

Versum invenimus in: Nicolaus de Rosa Nigra, *Tabulae Veteris et Novi Coloris seu Cortina de Anticristo*, ed. Kaminsky p. 58 (Septima Tabula. Quintus impugnant: Immo Christus cuius omnis accio nostra est instructio...); p. 59 (Octava tabula, ubi Kaminsky adnotat: “Versum hexametrum Omnis Christi accio nostra est instructio”, laudant Hussitae frequentius, reperitur autem alibi, apud scriptores illius aetatis renovationem evangelicam promoventes, cf. F. M. Bartoš, ‘Hus, Lollardism and Devotio moderna in the Fight for a National Bible’ *Communio viatorum* 3-1960, 251 f. Origine versus nescitur: nonnunquam ascribitur Alberto Magno, *Super Canone missae*, ut in Tractatu M. Jacobelli, *De ceremoniis*, ed. J. Sedláč, *Studie a texty*, II, 151, 158; cf. Von der Hardt II, 759 segg. Sed invenitur etiam apud Wyclif [e. g. *De civili Dominio* I, 199] et forsitan hinc Hussite eum habebant.”).

Versum invenimus etiam in: Nicolaus de Rosa Nigra, *Sermo ad Clerum [Dessau]* f. 28v, *Collecta*, ff. 219vb et 222 ra, *Replica* ff. 3r et 23v, ut etiam adnotat Helena Krmíčková; Anonimus (discipulus Nicolai de Rosa Nigra seu ipse Magister), *Sermo super Kathedram Moysi*, ms. V E 28, f. 99r, *De malitia cleri evitanda*, ms. XXIII F 204 f. 72v, [ubi originem ponitur in glossa ordinaria *Decreti Gratiani* ad. Di. 2, c. 54 Liquido (Fr. I, 51), ad vocem “propterea” [“non ergo omnis Christi actio nostra est lectio...”, *Decretum cum glossis*, Lugduni 1671, columna 1940; ad quam glossam adnotat Guido de Basio dictus Archidiaconus in suo *Rosario ad Decretum*: “in g[lossa] ‘non omnis’, ibi: leccio, adde: alias, instructio”], *De excellentia Sacrae Scripturae*, ms. X D 10 f. 76v. Versus invenitur etiam in: Nicolaus de Rosa Nigra, *Expositio super Pater Noster*, ed. J. Nechutová- R. Cegna, p.141 [ubi legitur etiam de origine versus, secundum opinionem Nicolai iam propositam: “sua sanctissima accione qua nostra debet esse leccio, ut Extra. De eblectionibus, Significavit]; in: Jacobellus, *Pius Jhesus* [ed. Ja. Kadlec, p. 84, ubi secundum opinionem iam propositam in *De ceremoniis*, origo versus tribuitur Alberto Magno]; Jan Želivský, *Sermones*, ms. V G 3 f. 55v; in: Nicolaus Biskupec, *Confessio Taboritarum*, ed. A. Molnár [Roma, 1983, opera et curis R. Cegna], pp. 315 et 337, ubi legitur: “Et infra argumento Alberti Magni [Jacobellus] sic arguit [arguebat]: ‘Cum Christi accio nostra sit instructio...’”.

In operibus Simonis Fidati de Cassia versus inventus non fuit. De necessitate imitationis Jesus Christi cf. etiam: Nicolaus de Rosa Nigra, *Sermo ad clerum Nisi manducaveritis*, ed. R. Cegna in appendice ad *Puncta*, p.184 [“omnis perfeccio consistit in imitatione huius exemplaris”; *Apologia*, f. 184vb].

Versum iam laudaverat Iohannes Wyclif: *De civili dominio*, ed. R. L. Poole, Londinium 1885, I 199; *Sermones*, ed. J. Loserth, Londinium 1890, IV, p. 251 (sermo 29, Quid hic statis tota die ociosi, Mat. 20, 6: “Cum ergo omnis Christi accio sit nostra instructio, patet quod nos filii imitationis per ipsum recreari facere debemus similiter”); p.394 (sermo 49 Videns civitatem flevit super eum, Luce 19, 41: “Ex istis colligitur quod modus flendi et dolendi Christi est plane instructivus tocuis Ecclesie. Cum enim omnis Christi accio sit nostra instructio, patet quod non faceret tam mirabile opus et specialiter in persona propria, nisi notabile ministerium ecclesie indicaret”; memoranda correspondentia seu concordantia de tribus fletibus: Wyclif in hoc *Sermo*, p. 392, lineae 15-22; Nicolaus de Rosa Nigra, *Puncta*, p. 125, lineae 2175-2179)

[Additur 7-2-2013 Modetiae]. In Anonimus, *Sermo in Mt 21,1* ‘Et cum appropinquasset Ierosolymis et venisset Bethphage ad Montem Oliveti, tunc Iesus misit duos discipulos [quaere auctorem]:

---super hunc locum dicit Augustinus: omnis Christi actio nostra est instructio.

Jan Želivský, *Sermo in Lc 19, 28* ‘Et his dictis praecedebat ascendens Ierosolymama. Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage’, Codice Praha NK V G 3, f. 56r; *Sermo in Mt 6,24* ‘Nemo potest duobus dominis servire’, Codice Praha NK V G 3, f. 113r ‘Omnis Christi actio nostra est instructio’; in 1 Petri 2,21 ‘Christus passus est pro nobis relinquens exemplum ut sequamur vestigia eius’, ed. A. Molnár, Jan Želivský, *Dochovaná Kázání z roku 1419*, Díl 1, Praha 1953, 83: ‘nos oportet hunc exemplar [Christum] inspicere valde diligentewr, si volumus vitam eius recte imitare’.

[additur 22 -3-2013] Nicolaus de Drazna, *Querite primum regnum Dei*, 68.

Ymmo secundum Augustinum tunc proderit nobis passio, si assit nostra imitatio [cf. Augustinus, *Sermo 304*, PL 38, 1395].